



## **Zdigitalizowano w ramach projektu „OCHRONA I KONSERWACJA CIESZYŃSKIEGO DZIEDZICTWA PIŚMIENNICZEGO”**



**2007-2010**

Wsparcie udzielone przez  
Islandię, Liechtenstein oraz Norwegię  
poprzez dofinansowanie  
ze środków Mechanizmu Finansowego  
Europejskiego Obszaru Gospodarczego



Zrealizowano  
ze środków  
Ministra Kultury  
i Dziedzictwa  
Narodowego



12  
6.  
DD IX 41, 7

# Instrumentum Pacis Passaroviensis.

Quoniam dudus adhuc annis infauiste accident, ut inter Augustissimum et Potentissimum Romanorum Imperatorem Carolum VI. pl. Tit. et Serenissimum et Potentissimum Magnum Sultatum Achemethanum Ottomanorum Asiae et Graeciae Imperatorem pax et tranquillitas illa, quae per gloriosissimos ambonum Principum ac Imperatorum Praedecessores feliciter in firmis conclusa et stabilita fuerat, summum omnium detrimentum perturbationem et iacturam negotiationum per nova quidam dissidia ante elapsum terminum interrumpenda, tur, exinde euentum et exitiabile bellum exortum sit, quod magnas Provincijs et regnis devastaciones et propulsonem detolaciones attulit, Divina tamen opitulante clementia tam salutaria ambo Imperia suscepimus consilia, ut de reconciliandis exacerbatissimis animis parcenda humani generis effusione, et prospicienda salute et bono cogitaretur. Ideo interpositis Serenissimi atque Potentissimi Magnae Britanniae Regis ac alio potentium Dominorum Ordinum generalium unitarum Belgij Provinciarum officijs eo res perductae sunt, ut ad tractandam et concludendam Pacem ac renovandam prius, tinam amicitiam Legati Plenipotentijs sint amplius instructi in aliquem locum mitterentur, ubi de certis conditionibus convenirent. Itaque ex parte Serenissimi ac Potentissimi et invictissimi Romanorum Imperatoris Almus et Excellentissimus Dominus Hugo Damianus Comes de Vermond intimus et Imperialis Aulicae Bellicus consiliarius p. Ac Excellentissimus Dominus a Johannann Imperialis Aulicae Bellicus consiliarius; ex parte vero Serenissimi ac Potentissimi Magni Sultani Imperatoris Almus ac Excellentissimus Dominus Ibrahim Aga, ararij Ottomanici secundae divisionis Praeses p. Et Excellentissimus Dominus Mehemet Aga ejusdem ararij tertiae divisionis Praeses; nec non nomine Serenissimi ac Potentissimi Magnae Britanniae Regis Excellentissimus Dominus Robertus de Sutton, Eques auratus; et alio potentium Ordinum generalium unitarum Belgij Provinciarum Excellentissimus Dominus Comes de Golvers statim circa Principium praedicti Mensis Maji hic Passarovijs comparuere, qui Blemni congressu, et habitis quibusdam ab utroque usitato more, colloquijs, exhibitisque, mutuo plenipotentijs, ita felici successu hujus pacis opus perfecere, ut in sequentis viginti mutuos Articulos convenirent.

## Articulus Primus.

Provinciarum Moldaviae et Wallachiae partim Poloniae et partim Transylvaniae limitibus conterminae interjacentibus, ut ab antiquis, montibus distinguantur et separentur, ita ut ab omni parte antiquorum eorum finium termini observentur, nullaque in his nec ultro nec citro fiat mutatio, et cum potestates Wallachiae eis Alutam fluvium lito, cum locis et munimento Temeswarienti in potestate et possessione S. C. Romanorum Imperatoris Majestati sint juxta acceptatum Paris fundamentum p. uti possidentis p.



Ejundem Dominio et potestate permaneant, ita ut predicti fluvij ripa Orientalis ad Ottomannicum Imperium, ripa vero Occidentalis ad Romanum pertineat, e Transilvania elabens fluvius Aluta usq; ad locum, ubi in Danubium exoneratur, inde vero juxta ripas Danubij fluvij versus Ortavam usq; ad locum e cujus regione Timoch fluvius in Danubium influat, constituentur confinia, atq; ut ante hoc circa fluvium Manasinum observatum fuerat; Aluta quoad potationem pecorum et piscinationes, alijsq; ejusmodi perquam necessarias utilitates utriusq; partis Subditi communis sit. Germanorum, eorundem Subditorum navibus onerarijs e Transilvania in Danubium ultra citroq; commeari liceat, Subditis vero Wallachis navicularum piscatoriarum, aliarumq; cymbarum abq; impedimento usus permittitur. Naves tamen Moldavicas in locis convenientibus, ubi Navigationi mercatorum obesse non possunt, communi Gubernatorum in confini existentium consensu collocentur. Et cum nonnulli Bojari, alijsq; conditionis ex Wallachia Ottomannica tempore Belli ad potestates Romano-Cesares se receperint, q; rigore hujus pacis ad pristinos lares revertere, et ibi commorando ad in hac aliorum habitationibus, bonis et terris suis frui poterunt.

#### Articulus 2<sup>us</sup>

A loco, ubi Timoch in Danubium influat circiter 10 horas tursum utriusq; Imperium confinium constituetur, Sperlekhania cum suis antiquis territorijs Ottomannicis; Restora vero Romano Imperio permanens sit; et inde inter montes versus Parachin pergatur, ita, ut Parachin Romano-Cesares, et Parna Ottomanni, conditioni felicitis inter utriusq; medium per congruum litum, progrediantur in Rodaz, et ibi transeundo parvam Moravam juxta cidentorem jam ad Schahach et Bilanam per terram ad Bedha procedatur, inde flexendo circa Territorium Cogholense eatur Bellinam ad ripam Brina fluvij litam Belgrado seu Alba Graca, Parachin, Rodolach, Schahach, Bedha, et Bellina cum antiquis suis territorijs Augustissimis Romanorum Imperatori, cum a sua Majestate recepta sint; Coghol vero et Parna cum suis etiam antiquis territorijs Ottomannicis Imperio pertinentibus, Timoch fluvio cum suis emolumentis utriusq; Subditi communiter gaudeant.

#### Articulus 3<sup>us</sup>

Cum a Brina fluvio usq; ad Unnam intraq; ripam fluvij Savi litae aperte five occultae artes et Palanchie Romani Imperatoris Milites munitae sint, cum antiquis suis territorijs juxta fundamentum Pacis in Ejundem S. C. Majestatis potestate permaneant; quare etiam integer fluvius Savi cum suis ripis ad Eundem pertinet.

#### Articulus 4<sup>us</sup>

A loco ubi fluvius Unna in Savi influat usq; ad territorium antiqui Novi, quod Porta Ottomannica possidet, in ripa Orientali dicti fluvij litum Jasenovit et Boriza, nec non aliquot turres et insulae cum praediis Romani-Cesares in sepe sint, juxta fundamentum Pacis cum antiquis suis territorijs S. C. Majestati permaneant.



¶ *Articulus 3<sup>us</sup>*

Quemadmodum Novi territoria in Occidentali Unna ripa ex parte Croatia sita: quae tum Augustissimo Romanorum Imperatori pertineant, post Tractatum Carlovicensem, propter aliqua, quae tempore separationis initum exorta sunt, dissidia et controversias, destructa nuncupata Palancha Imperio Ottomannico tradita fuere, ita iterum ad reconciliationem et satisfactionem S. C. Majestati restituantur, et in eadem potestatem cum omnibus inter antiquos suos limites existentibus locis et terris revertant.

¶ *Articulus 4<sup>us</sup>*

Loca demum, quae in partibus Croatia sita, a Sava fluvio distantia, ab utraque parte possessa, et praesidijs custodita juxta Carlovicensem Tractatum cum huius territorij in utriusque potestate maneat, atque si quaedam adhuc occupata fuerint, et annos lunares continuos sequentes a die, qua ejusdem descriptio facta fuerit, utriusque Imperij ad determinandos limites deputati commissarii de controversijs decidant, et usque ad extremitatem Croatia eorum locorum territoria, quae in unius aut alterius Imperij possessione mansura sunt, distinctis limitibus et signis separant, et determinant, sicuti per Carlovicensem, ita etiam per praesentem Tractatum libenter et licitum est, ab utraque parte possessa munimenta et Arces, quaecumque defectu extant, pro securitate utriusque partis reparare, munire, et fortificare; ad incolam vero commodas habitationes in extremis confinijis apertos Pagos edificare ubique sine impedimento et exceptione utriusque parti fas est, dummodo sub hoc praetextu nova fortalitia non erigantur.

¶ *Articulus 5<sup>us</sup>*

Pax ista quamvis secundum praedictas condiciones bona concordia conclusa sit attamen ut omnia, quae de confinijis praemissa et acceptata sunt, ex omni parte robur accipiant, constituentur quamprimum ab utraque parte experti, fidei, et pacifici commissarii, quique loco opportuno ubi illis visum fuerit, convenientes cum quieto Comitatu et famulatio intra spatium duorum mensium aut citius ligari possint, confinia metis et terminis manifestis per superiores Articulus designata distinguant et determinent, et Statuta ab utroque accuratissime et citissime executioni mandentur.

¶ *Articulus 6<sup>us</sup>*

Definiti tandem per hunc Tractatum et subsequuta, ubi opus fuerit, locali deputatorum Commissionum separatione stabiliti, sive deinceps idones tempore perperam Commissionum utriusque stabilendi confiniorum limites sancti et religiose utriusque observentur, ita ut sub nulla ratione aut praetextu extendi transferri aut mutari possint, neque liceat alicui paciscentium parti in alterius partis territorium ultra Statutos simul terminos aut lineas quidquam unius aut potestatis praetendere aut exercere, aut alterius partis subditos ad deditionem sive ad praebendum tributum quaecumque sive praesentem, sive futurum, sive ad quavis aliam humano ingenio excogitabilem exactionis aut venationis speciem adigere, aut molestare, sed omnis altercatio juste amoveatur.



## Articulus 9<sup>us</sup>

Ad tollendas penitus quascunque in confinjs super aliquo Article Armistitij hujus aut quavis de re improptem enascentes controversias, differentias aut discordias, ubi prompto aut maturo remedio opus sit; ordinentur in confinjs utrinque primo quoque tempore electi pari numero Commissarii, Viri neutiquam avidi, sed graves, probi, prudentes, experti atque pacifici, hijs loco opportuno convenientes sine exercitu cum equali pacificarum personarum comitiva, omnes et singulas hujusmodi controversias emergentes audiant, cognoscant, elucident, et amicabilem componant; Talem denique ordinem et modum constituant, quo utraq; pars suos homines et subditos citra omnem tergiversationem vel pretextum gravissimis penis ad sinceram et firmam pacis observantiam compellat; quod si vero negotia tanti momenti occurrerent, quae per Commissarios componi non possent, tunc ad ambos Potentissimos Imperatores remittantur, ut ipsi complandis ydem sedandis et extinguendis modum et rationem invenire ac adhibere valeant, ita ut tales controversiae cum fieri poterint, intra brevissimum temporis spatium componantur, nec eorum reptatio ulla ratione negligatur, aut protrahatur. Cumque praeterea in antecedentibus sacris capitulationibus duella et mutuae ad certamen provocationes fuerint vetitae, improptem etiam sint illicitae, et si quis ad huiusmodi certamen venire ausi fuerint, in illos ut transgressores gravissime animadvertatur.

## Articulus 10<sup>us</sup>

IncurSIONES hostiles et occupationes omnesque insultus clam aut ex improvisi facti, devastaciones et depopulationes territorij utriusque Domini omnino et severe mandatis prohibita sint et illicitae; transgressores vero huius articuli, ubicunque deprehensi, statim incarcerentur, et per jurisdictionem loci ubi captivi fuerint, pro merito puniantur absque ulla remissione, et rapta quacunque sint, diligentissime perquisita, et adinventata cum omni equitate Dominis suis restituantur. Capitanei quoque ipsimet commendantes et Praefecti utriusque partis ad iustitiam nullam admittant injuriam, integerrime ad ministrandam sub amissione officij non solum, sed etiam vitae et honoris adstricti sint atque obligati.

## Articulus 11<sup>us</sup>

Pro Religione et Religionis Christianae exercitio juxta ritum Romano-Catholice Ecclesiae, quacunque praecedentes gloriosissimi Ottomanorum Imperatores in Regnis suis, sive per antecedentes sacras Capitulationes sive per alia signa Imperialia sive per edicta et mandata specialia favorabiliter concesserunt, ea omnia serenissimus et potentissimus Ottomanorum Imperator etiam observanda confirmabit, ita, ut Ecclesias suas ab antiquis consuetudines exercere, et nemini permixtum sit contra priores capitulationes et leges, alijsque genere molestiae aut pecuniariae petitionis, ejusdem Religionis cujuscunque ordinis et conditionis sint, afficere, sed consuetam Imperatoriam pietate gaudere, et fruantur. Praeterea Augustissimi et Potentissimi Romanorum Imperatoris sollemni ad Ottomanicam portam Legato datum sit, commissa



circa Religionem et loca Christianae Religionis et visitationis in Sancta civitate Ierosalem, alijsq; in locis ubi Ecclesias habuerint, exponere, atq; in, stantias suas facere.

### Articulus 12<sup>mus</sup>

Publici captivi antecedentis et presentis belli tempore ex utraq; parte in captivitatem, abacti et in publicis carceribus adhuc detenti consideratione istius almae pacis liberationem sperent, nec possunt diutius hinc lesione Majestatis Imperatoriae Clementiae, et laudata consuetudinis ac generositatis in eadem captivitatis miseria et calamitate relinqui, sed modo ab antiquo consueti more cuncti captivi a dato hujus pacis tractatus ab utraq; parte intra dies 67 liberati asserantur; peculiariter, cum in partibus Transilvaniae captivitate detentus Nicolaus Farlati Vivoda ac Filij et ejusdem Domestici contra Liberos Barones Aeni et Petrasch, cum penes eos Constantinopoli in septem Turribus existentibus hominibus permutati sint, quare et ij a dato hujus, de pacis tractatus intra dies 37 in confinijis Wallachiae invicem permutentur et liberentur; ceteris vero, qui in privatorum potestate sint, vel apud ipsos Tartaros licitum sit, liberationem suam honesto, et quam fieri potest mediocri sumptu procurare; quod si cum captivi Domini honesta accommodatio fieri non poterit, iudices locorum, libem omnem per compositionem dirimant, si autem praedictis vijs idem etiam confici haud possent, captivi pretijs eorum live per testimonia, live per juramenta probatis atq; solutis liberentur, nec possint Domini aviditate majoris lucri sese redemptioni eorundem opponere, et quandoquidem a parte Imperij Ottomanici homines non emittantur, qui saliter liberandis captivis operam adhibeant, spectabili ad probitatem Caesarum Praefectorum, ut ad dimittendum Ottomanos captivos, quo empti sint, pretijs sincere liquidatis Dominos illorum adstringant, atq; ita sanctum hoc opus pari utrinq; pietate promoveatur.

### Articulus 13<sup>tus</sup>

Utriusq; partis Mercatores juxta antecedentes capitulationes pacis in ditionibus utriusq; Imperij rem mercatoriam libere, secure et pacifice exercent, Romanorum Imperatori jam modo subjectarum atq; impotens per hanc Majestatem a Christianae religionis Statibus acquirendarum provinciarum Mercatoribus et Subditis, cujuscunq; sint nationis, terra mariq; prout ad hanc rem destinati Commissarii conveniunt, sub signis et provinciis Ottomanicis pacificis aditus et reditus pateat, emptio et venditio libera sit, et solutis necessariis prebendis vectigalibus, nequaquam molestentur, quin imo protegantur. Consules et interpretes, qui Mercatorum curabunt negotia, sicut praedicti Commissarii conveniunt, in ditionibus Ottomanicis constituantur, et reliquis Christianis a tributo liberis nationibus concessus favor, etiam Romanis Caesaris mercatoribus confirmetur et concedatur, eademq; ipsi utilitate et securitate gaudeant, et perfruantur. Algerinis, Tunetanis,



et Tripolitaniis alijsq; inhiberi necesse est, tunc demandetur, ut impotenter  
pacis capitulationibus neutiquam contravenientes, nullam prodes paci adver-  
santem actionem perpetrent; Cerceantur quoq; in ipsa manus sine dubio  
nensis Prois incolae, ne deinceps Piraticum exercent, neve Naves Mercato-  
rum infestent et damificent, eorum fugatis et reliquis navibus piraticis  
sublatis, alias castruere prohibeantur, ita quidem ut in tales Praedones,  
qui contra Imperiales pacis capitulationes mercatorum navibus damna  
invenire et aggredi ausi fuerint, restitutis omnibus depredatis rebus et bonis  
refartiq; damnis et jacturis ac in libertatem assertis captivis, quos caperunt  
juxta leges, ut justitia exiget ad aliorum exemplum admonerentur et  
puniantur. Ut autem commercij res omnis fraudis expers sit, quidquid  
ab utraq; parte constituti, et de illis fructantes commissarii concluderint  
ac determinaverint, ratihabeatur in capitulationibus inferatur et ad-  
jungatur.

### Articulus 14<sup>us</sup>

Maneat porro futuris temporibus quoq; illicitum, receptaculum dare malis  
hominibus, rebellibus, Subditis aut male contentis, sed ejusmodi homines et  
Praedones, raptores, etiam si alterius partis Subditi sunt, quos in Ditione  
sua deprehenderint, merito supplicio afflicti, utraq; pars adstricta sit, qui si  
deprehendi nequeant, Capitaneis aut Praefectis eorum, licubi eos latitare  
compertum fuerit, indicentur, ijsq; illos puniendi mandatum habeant, quod si  
nec hi officio suo in punitione tantum sceleratorum satisfecerint, indignatio-  
nem Imperatoris sui incurrant, aut officijs exuantur, aut ipsi met poenas pro  
reus tuant, ut quoq; magis nefariorum hujusmodi petulantibus cautum sit, neutri  
partium liceat intertenere et alere Haydones, quos liberos nuncupant, Peagea-  
nos Eribeck dictos, atq; id genus facinorosorum hominum, qui non sunt alterius  
utrius Principis stipendio conducti, sed rapto vivunt, tamq; ij, quam quicquid  
aluerint, pro demerito puniantur, talesq; nefarii, si contrita vite emenda-  
tio nem praesferant, nullam fidem mereantur, nec propè confinia tolerentur, sed  
ad alia remota loca transferantur.

### Articulus 15<sup>us</sup>

Ne tamen aliquo modo confinium tranquillitas, et Subditorum quis per-  
turbari queat, loca ubi Ragozius, Berzenius, Antonius Esterhazy, For-  
gatsch, Adamus Vaj, et Michael Gathy, alijsq; Hungari, qui tempore belli  
ab obedientia Augustissimi Imperatoris Romanorum desiverunt, et in Otto-  
mannicis Ditionibus refugium quaesiverunt, in Ottomanico Imperio ad li-  
bitum collocabuntur et accommodabuntur, remota haec a Comitaneis et  
confinarijs partibus uxores eorum, non impediantur maritos suos sequi, et  
cum ijs in assignato districtu commorari.



## Articulus 16<sup>us</sup>

Proponentibus Plenipotentiaris Sua R. Imperatoris Majestatis, et Rex Poloniae, quique Respublica in hoc Tractatu simul comprehendantur; Responsum est: inter Regem Poloniae quidemque dictam rem publicam pacem perpetuam et firmam, et cum Ottomanico Imperio controversias nullas versari; si autem Polonia ratione Rogum, aut ob alia negotia quoad proferendum aliquid haberent, per Legatos aut per literas quod Ottomanicam Portam notificare, et exponere poterant, quae aequitate et justitia determinabuntur.

## Articulus 17<sup>us</sup>

Ut quoque tanto magis Amistitium hoc, bonaque inter ambos Potentissimos Imperatores amicitia firmetur, ac valeat, mittentur Plenes utriusque Legati, ex aequo usitatis Ceremonialibus ad introitu in confinia usque ad reditu in loca secunda permutationis excipiendi, honorandi, tractandi atque prosequendi, qui in signum Amicitiae fundata munus conveniens tamen, et utriusque Imperatoris dignitati consentaneum afferent, et in equinoctio Mensis Martij inter praevia modica correspondentia uno eodemque tempore sufficientes in confinis more jam pridem in utrumque Imperium observati permittantur, Solemnibus porro Legatis in Imperatoris aulis quidquid libuerit, liceat, atque permittatur.

## Articulus 18<sup>us</sup>

Regula est norma curialium in recipiendis, receptisque panter honorandis et tractandis Ministris utroque citroque commitantibus juxta usitatum prioribus etiam temporibus modulationem, deinceps ab utroque cum equali decore, et secundum distinctam Characteris missorum prerogativam observetur. Legatis Caesaris et Residentibus et quibusvis eorundem hominibus pro his arbitris, quibus placuerit, vestibus uti licitum sit, neve quisquam impedimento esse possit, Ministri porro Caesaris sive Oratorij sive Allegati sive Residentis sive Agentis munere fungantur, quibus reliquorum Principum Ottomanico Portaeque coram Legati et Agentes immunitatibus et Privilegijs perfruantur, eadem libertate, imò ad distinguendam Caesaris dignitatis prerogativam, usitatis melioribus modis perfruantur, habeantque liberam potestatem conducendi inter praefatos, fursores etiam et alij eorum homines Viennam ad Ottomanicam Portam atque iterum redeuntes et utroque citroque salvo passu tuto et secure peragere, atque ut commode iter suum perficiant, omni favore coadjuventur.

## Articulus 19<sup>us</sup>

Has vero condiciones et articulos ad formam hic mutuo placitam, et Majestatibus utriusque Imperatoris rati habitum iri, atque ut Solemnia ratificationis diplomata intra spatium 30 dierum a die subscriptionis, rescriptis in confinis per Excellentissimos Legatos Plenipotentiaris Mediatores recte recteque permittantur, Legati Plenipotentiarj utriusque Imperij sese infallibiliter praestituros obligant atque compromittunt.

## Articulus 20<sup>us</sup>

Dura Amistitium hoc et extendatur favente Deo ad 24 Annos quo Anno,



num numero elapso vel etiam medio tempore priusquam elabatur, liberum esse  
utriusque partium, si ita placuerit, pacem hanc ad plures adhuc annos prorogare.  
Hanc mutuo et libero consensu, quacunque stabilita sunt pacta inter Majesta-  
tem Serenissimam et Potentissimam Romanorum Imperatoris, et Majestatem Serenissi-  
mam et Potentissimam Ottomanorum Imperatoris et Haeredes eorundem Imperia-  
rum, quosque et Regna ipsorum Terra itemque mari litas regiones, Civitates, urbes,  
subditos et Plerosque observentur sancte, religiose et inviolabiliter, et deman-  
detur semel omnibus utriusque partis Gubernatoribus, Praefectis, Ducibus et  
ceteris, atque Militibus et quibusvis in eorum Obsequia obedientia et sub-  
jectione existentibus, ac illi quoque praedecaratis conditionibus, clausulis,  
et pactis atque Articulis se adaequate conformantes, omnibus modis ca-  
veant, ne contra pacem et Amicitiam hanc sub quocunque nomine aut  
praetextu se invicem offendant aut damnificent, sed quolibet prorsus in-  
imicitiae genere abstrahendo bonam colant viciniam, certo sciens,  
quod si eatenus admoniti more non gestarint, severissimis in se plenis  
animadvertendum fore.

Ipse quoque Pimentis Phames et omnes Tartarorum gentes quovis nomine  
vocitata ad pacis huius et bonae viciniae et reconciliationis iura rite  
observanda, adstricti sunt, nec ipsi contraveniendo hostilitates quales-  
cunque exerceant erga quatuor Romano-Imperio-cesareas Provincias earum-  
demque subditos aut Plerosque. Porro si ex alijs exercitiis generibus,  
hinc ex Nationibus Tartarorum aliquis contra sacras Imperatorias huiusce  
Circulationes, Pacta, et Articulos earum quidpiam ausus fuerit, is  
poenis rigorosissimis coereatur. Incipiat vero dicto modo Pax,  
quies et securitas subditorum utriusque Imperii a supra facta die subscrip-  
tionis, et cessent exinde atque sustolantur omnes utriusque inimicitiae et  
subditi utriusque partis securitate et tranquillitate foveantur. Quosque  
sine et quo magis per hummam curam et sedulitatem hostilitates inhiberi  
possint, transmittantur quam celeberrime mandata et edicta publi-  
ca pacis ad omnes confinium Praefectos, cumque spatium aliquod tem-  
poris requiratur, intra quod Officiales in remotioribus praesertim con-  
finijs ipsam conclusa Pacis notitiam obtinere valeant, Statuunturque 20  
Dies pro termino, post quos si quis hostile quidquam alterutra ex  
parte admittere presumpserit, poenis superius declaratis irremissibiliter  
subiaceat.

Ut denique Conditiones Pacis 20 huius Articulis conclusa utriusque accepta  
et debito hummorum cum respectu inviolatae observentur, liquidem Ro-  
mani Plenipotentiarius Ottomanique vi ipsorum concessae facultatis Impera-  
toria Instrumentum Turcico sermone exaratum et subscriptum, legiti-  
mum et validum nobis exhibuerint, nos quoque vi mandati et plenipo-  
tentiae nostrae proprijs manibus et proprijs sigillis subscriptas huiusce



Pactorum literas in latino idiomate tanquam legitimum et validum  
Instrumentum extradimus. Acta haec sunt in congressu ad Cas,  
Sarovicium in Servia sub Tensorys celebrato die 21 Julij 1718.

C. P. Comes de Virmond.

C. P. Michaelis a Fallmann.

Nos Robertus Sutton Eques auratus ex parte Serenissimi et Potentissimi  
Domini Georgij Magnae Britanniae Regis, et Jacobus Comes de Colyer  
ex parte aetate potentium Dominorum Federati Belgij Ordinum Genera-  
lium, Legati Mediatores haec praemissa coram nobis et sub directione  
mediationis nostrae, ita acta, conclusa, et firmata esse vigore publi-  
ci muneris nostri pariter subscriptione et sigillorum nostrorum  
appositione attestamus et firmamus.

C. P. Rob. Sutton.

C. P. J. Colyer.





[ksiaznica@kc-cieszyn.pl](mailto:ksiaznica@kc-cieszyn.pl)